

Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Augustæ Vindel., 1772

Caput VIII. De oblatione Christi in cruce, & propria resigantione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

Quatenus sic digne merearis ad offerendum Deo sacrificium accedere, & Sacramentum Corporis mei salvabriter suscipere.

4. Non est enim oblatio dignior, & satisfactio major pro peccatis diuidendis, quam seipsum pure & integre, cum oblatione Corporis Christi in Missa & in communione Deo offerre.

Si fecerit homo, quod in se est, & vere pœnituerit: quotiescumque pro venia & gratia ad me acceesserit, *Vivo ego, dicit Dominus, qui nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat: quoniam peccatum suorum non recordabor amplius,* sed cuncta ipsi indulta erunt.

C A P U T VIII.

De oblatione Christi in cruce, & propria resignatione.

VOX DILECTI.

I. *Sicut ego meipsum expansis in cruce manibus, & nudo corpo-*

U 2 re

ficiamus
cili non
est ad
inæ mi-
tatis &
passio
valeas,
nes &
e vigi-
reme
ommu-
& of-
votos
& im-
Com-
ejores
Ipse

352 *De Imitatione Christi*

re pro peccatis tuis Deo Patri sponte obtuli, ita ut nihil in me remaneret, quin totum in sacrificium Divinæ placationis transiret.

Ita debes & tu temetipsum mihi voluntarie in oblationem puram & sanctam quotidie in Missa cum omnibus viribus & affectibus tuis, quanto intimius vales, offerre.

Quid magis a te requiro, quam ut te studeas mihi ex integro resignare?

Quidquid praeter temetipsum das nihil euro: quia non quæro datum tuum, sed te.

2. Sicut non sufficeret tibi omnibus habitis praeter me: ita nec mihi placere poterit, quidquid dederis te non oblato.

Offer te mihi, & da te totum pro Deo, & erit accepta oblatio.

Ecce! ergo me totum obtuli pati pro te; dedi etiam totum Corpus meum & Sanguinem in cibum, ut totus tuus essem, & tu meus permaneres.

Si autem in te ipso steteris, ne^{spur}

sponte te ad voluntatem meam ob-
tuleris, non est plena oblatio, nec
integra erit inter nos unio.

Ideo omnia opera tua præcedere
debet spontanea tui ipsius in manus
Dei oblatio, si libertatem consequi
vis & gratiam.

Ideo enim tam pauci illuminati,
& liberi intus efficiuntur, quia se-
ipso ex toto abnegare nesciunt.

Est firma sententia mea: *Nisi quis*
renuntiaverit omnibus, non potest
meus esse discipulus. Tu ergo si
optas meus esse discipulus, offer te-
ipsum mihi cum omnibus affectibus
tuis.

C A P U T I X.

*Quod nos & omnia nostra Deo debe-
mus offerre, & pro omnibus
orare..*

V O X D I S C I P U L I .

1. **D**omine, omnia tua sunt, quæ
in cœlo sunt, & in terra.

Desidero meipsum tibi in sponta-

U 3 neam